

ces fortiter ac magnificè contemnamus.  
 Devoluptatibus autem ita iudicat, omnes  
 quocunque sensu corporeo immodecè  
 suscepas, esse fœdas fugiendasque sapien-  
 ti, eas verò præcipue quæ gustu tactuque  
 confisterent esse turpissimas: Quod cum  
 cæteræ sint hominum tantummodo, hæ  
 quidem sunt homini communes cum  
 beluis. Quare quisquis non modò stul-  
 titiam, sed bestialitatem etiam ac verita-  
 tem declinare studet, ab his animum  
 summoperè coërceat. Illud ab eodem  
 sapienter excogitatum refert Cicero:  
 Fingantur, inquit, aliqui sub terra nati,  
 sub terra educati, magnifico quadam pa-  
 latio, prædecoris picturis atque imaginib-  
 us adornato, suppeditante affatim om-  
 nium rerum copia, quibus abundare so-  
 lent, qui fœlices appellantur affluentib-  
 us, præterea omnis generis delitiis, qua-  
 rum ille locus capax sit: lumine etiam  
 penetranti tenebras arcente, & subtili  
 hominum artificio, aduersus naturale  
 domicilij torpentis incommodum excu-  
 bante, ita tamen ab infantia edocti esse,  
 diuinam quandam potestatem ac natu-  
 ram creatricem rerum mirabilem iis ip-  
 sis denique sic institutis, alioquin hu-  
 manæ